



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

370. Sabbato Dominica 4. Adventûs. Quæ virtutes à Regina Sanctorum, ut
impetrentur poscendæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Feria 6. Domin. 4. Advent. 657

Conf. 2. Et petam, ut Patris amantissimi gloria ubique manifestetur. 2. Ut Regis potentissimi imperium adveniat. 3. Ut sponsi suavissimi voluntas adimpleatur. 4. A Domino providentissimo quotidianus panis praebeatur. 5. Ut Judex aequissimus dimittat debita, & charitatem concedat ad remittendum alijs. 6. Liberator fidelissimus nos a casu, in tentatione & foeditate peccatorum liberet. 7. Custos fortissimus ab omnibus malis eripiat. Orabo 2. ut Deus dives in misericordia, det mihi Spiritus paupertatem. 1. Locuples in mansuetudine det mititatem. 2. Gaudium universae terrae spiritum letitiae. 3. Satietas animarum famem & sitim justitiae. 4. Pater misericordissimus affectum misericordiae. 5. Deus purissimus munditiam cordis. 6. Deus pacis concordiam. 8. Governator aequissimus lætanter persecutiones pati.

MEDITATIO CCCLXX.

Sabbato Dominic. 4. Adventus.

Quae virtutes à Regina Sanctorum, ut impetrentur, poscende.

Aspiciam D. Virginem partum præstolantem, & virtutibus omnibus ornatam. Petam earum fieri pariceps.

Conf. 1. Virtutum Principem in B. V. charitatem, de qua ait B. Ildesonus serm. 7. de

EE I Assumpta

658 *Sabbato Domin. 4. Adventus.*

Assumpt. B. V. Ama, & peperisti, amore concipitur & nascitur Christus.

Conf. 2. Quod etiam Christus concipiatur dolore & pœnitentiâ non semel, sed etiam, quoties cum digna pœnitentiâ redierit peccator, ita D. Anselmus Medit. cap. 2.

Conf. 3. Lustratis domibus nobilium Sanctorum, accedam, & ad Reginae Sanctorum Aulam, & ab ea petam. 1. insignem humilitatem. 2. Filialem timorem, 3. Promptissimâ obedientiam. 4. Inviictam patientiam, 5. Stabilitissimam cōstantiam. 6. Dulcissimam mansuetudinem. 7. Benignissimam misericordiâ. 8. Excellentem munditiam. 9. Pulchritudinem mentis & corporis. 10. Splendorem Sapientiae. 11. Potentiam fortitudinis. 12. Eximiam charitatem. 13. Dulcissimam voluptatem ab ubertate domus Dei manantem. 14. Rerum visibilium despicientiam. Harum virtutum actus B. Virgo Christum gestans in utero exercebat. Desiderabo iisdem adornari in adventu Domini mei.

MEDITATIO CCCLXXI.

De Nativitate Domini Nostri.

Vldebo Dominum meum, ut ait S. Greg. Homil. 29. in Evang. *De calo in uterum, de utero mediâ nocte, ut Solis radium è Crystallo illibate, & insensibiliter ad instar floris*

vel